



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Officio Magistratvs In Tvendis Legibvs Conivgii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

uocationem Dei, turbat totam domesticam consuetudinem, & per multa peccata. Interdum & cum uoluntate distracte sunt, sequuntur adulteria & p̄cētā, in quibus multi ruunt in noua scelera, & intrigicas calamitates. Hæc infinita mala præcipue parentes, qui ea aliquo modo intelligere possunt, considerent & metuant, & ne recidant filiis & filiabus, Deum ardentibus uotis precentur. Deinde ipsi caueant, ne stultis aut impijs consilijs ea accersant. Is multis deliberationibus nimis magna negligentia & futilitas est parentum de coniugij suorum. Vnde postea & tristis imæ calamitatis sequuntur, & familiq̄ sunt non Ecclesiæ Dei, quod esse debeant, sed diabolorum iusta, & multi miseri homines in illis calamitatibus ruunt in indignationem aduersus Deum, in desperationem, & in aeternum extin-

Oro autem Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani, & custodem honestæ societas, n̄ ipse nos gubernet, & faciat, ut nostra coniugia & familiæ nostræ uere domestica Ecclesiæ, ipsum recte inuocantes, & ciobtemperantes, in tuendo ordine quem instituit, nec sinat domesticis discordijs impediri inuocationem, & alia officia necessaria, Amen.

DE OFFICIO MAGISTRA-  
TUS IN TVENDIS LEGI-  
BUS CONIVGII.

CERTISSIMUM est, salutarem gubernationem Dei op̄esse. Ac manifestum est, diuinitus institutum esse hunc ordinem in genere humano, ut præsint Magistratus multitudini. Et his Deus propriæ officia quatuor attribuit. 1. Primum est, ut Magistratus net uocem legis diuinæ in tuenda disciplina, quia prima & immuta norma uiræ esse debet lex diuina. 1. Secundum, ut fit uigil custos diuinæ legis, ac seueritate pœnarum coercent & puniant contumaces, & defendant obedientes. Hunc ordinem ita sanxit Deus. Et manifestum est leges contemni, ubi nulla sunt pœnarum exempla. Sic uere laudat dictum Aeschinis Demosthenes: οὐδὲ πολὺ ἀναγνωρίζεται καὶ αἰδοῖσθαι. 111. Tertium officium est, Magistratus addere potest alias leges diuinis, nequaquam tamen differentes à diuinis, sed quæ sint adminicula, ut diuinæ maiore cura seueratur. 1111. Quartum, ut & has leges seueritate pœnarum inserviantur. Hæc officia Magistratus & in coniugij defensione considerent. Sciant seuerissimis mandatis Dei præcipi, et leges coniugiorum conseruent, & puniant adulteria, uagas & incestuas libidines, & tollant ē medio illa dira portenta, quæ & iram Dei irritant, & polluant genus humanum tertiis libidinum confusionibus: quia

certissimum est, Deum horribiliter irasci, & ipsis libidinum confusionebus, & negligentia gubernatorum, qui eas non puniunt, nec fontes è medio tollunt. Et propter hæc sceleria vagantur in genere humano multæ pœnæ publicæ, bella, uaſtationes, dissipationes hominum, & alia magna calamitates, ut ostendunt exempla Sodomorum, Chananeorum, tribus Benjamin, exiliij Davidis, euerſionis Trojæ, & alia innomerabilia. Si ceterum igitur inquit uox diuina Leviticis de incestis: Cauete ne uos similiiter euomat terra, cum similia facietis, sicut euomuit Chananeos. Et exprefse gubernatoribus præcipit, ut tollant fontes, inquiens: Omnis anima quæ fecerit quiddam harum abominationum, delectetur ex hoc populo. Hæc mandata ſæpe repetita ſunt, ut de adulterijs dicitur in Deuter. cap. 22. Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque interficiatur, adulter & adultera, & auferes malum ex Iſrael. Dolendum eft autem, in multis locis magistratus in hac tanta re segniores eſſe, quorum negligentia magis irritat iram Dei. Atque ita pœnæ in genere humano cumulanter, ut apparet in historia tribus Benjamin, quæ pene funditus deleta eft, quia stuprum uxoris Leuita punire noluit.

CERTISSIMUM eft enim, Deum punire uagas libidines omnes, etiam cum ceſſant magistratus, quia caſtitas & iuſtitia Dei immota eft, & hanc regulam ſemper tuetur: Scortatores & adulteros punit Deus. Quanquam autem conuersis Deus propter filium poenæ mitigat, ut Davidem non ſint proſrus extingui, nec accedit totam iram, ut Psalimi uerbis utar: ramen quanta ſit moles penarum confidera. Familia polluitur inceſta commixtione, Filij inter ſe dimicant, Pater in exilium pelliuit, mota feditione filius & magna multitudo ciuium interficiuntur, matronæ regiae Deo dilectæ polluuntur scelere filij. Multo triftiora erant hæc tetra mala David, quam mois ſui corporis futura erat: Sed utrumque ostendit Deus, uere ſe irasci sceleribus, & ea punire, & ramen ab æternis poenis eripere eos, qui ad filium mediatorem confugunt, in quem maior pena deriuata fuit, quæ eft precium pro nobis.

Hæc doctrina & de poenis & de conuertione omnibus cogitanda eft. Ac horandi & obteſtandi ſunt magistratus, ut ſint memores mandati à Deo officij, cogitent Deum castum & iustum eſſe, & ſeſe in munere diuino collocatos eſſe, ut ſint imago Dei, ſint caſti & iulti, & tecantur in populo caſtitatem & iuſtitiam. Hæc officia ſunt grata Deo, & ſalutaria gubernatoribus & populo. In multis regionibus politici gubernatores ideo negligentiores ſunt in defenſione caſtitatis, quia magna ex parte hanc curam reiſciunt ad forum Episcoporum. Sed cum alia quædam ibi contra normam à Deo traditam flunt, tum uero ipsorum leges impediunt iuſtas poenas, quia noui ſunt armati gladio. Praeterea cum ipſi iudices ibi plerunque contaminati ſunt uagis libidinibus,

Ecclesiasticus minu-

D E C O N I V G I O.

minus irascuntur similibus, ut dicit Aristoteles, citans Euripi  
λοι φαιλοις ιδεις, νοι κανος κανος συντίκουν. Interdum à misericordia  
cuiuslibet aliquid abradunt pecuniae. In talibus iudicij tantum iridetur  
Deus. Sunt igitur recte constituta iudicia de Coniugij, potestas politica  
adiungat sibi doctos & honestos viros, electos ex toto corpore  
Ecclesie, & rebus inquisitis & recte cognitis, pronuntiet, & in punien-  
do si ministra Dei, tollat ex vita omnes pollutos commixtionibus,  
que cum natura pugnant, incestos, adulteros, raptiores, desertores, adulteras,  
& desertrices, ne Deus totas vrbes & gentes & propter haec  
ipsa scelerata, & propter magistratum negligentiam delent. Offendit  
etiam honesti gubernatores amorem castitatis in defensione coniugij.  
Aboleant impias & diabolicas leges Episcoporum de celibato sacerdotum,  
& concedant plium coniugium omnibus, qui ad id virginitatem  
idonei sunt, iuxta legem diuinam. 1. Cor. 7. Vnde quis habet  
vxorem suam vitanda & scortationis causa. Magistratus cum in imago  
& minister Dei, amet castitatem, cu sciat Deum esse mentem talia  
& seuerissime poscere ordinem, castitatis tuenda causa instituimus.  
Non sit imago & minister Diaboli, qui odio Dei miseros homines impelli-  
t, ut libidinum confusione polluantur, ut ira Dei augeatur, &  
haec misera creatura in maiore turpitudine sit, & postea ruit in eternum  
exitium. Hos horrendos furores diaboli adiuuant omnes, qui  
vagas libidines quoquo modo augent, vel defensione legis ponunt  
de celibatu, vel neglectione pauperum. Non dum in hac vita suspicimur  
& magnitudo horum scelerum satis conspicitur, sed reteguntur haec  
ingentia mala in postremo iudicio, cum ostenderet Deus omnibus  
Angelis & hominibus turpitudinem peccati, & maliciam Diabolorum.  
Sed tamen in hac vita gubernatores honesti & pii de hac re etiam  
voluntatem Dei considerare debent, & dirigere gubernationem  
ad legem Dei, & quantum fieri potest curare ne cumuletur peccata &  
penae, ut apud Iesaiam dicitur: Vnde illis qui scribunt leges iniustas,

Oro autem filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum,  
crucifixum pro nobis & resuscitatum, verissime amantem castitatem  
& casti coniugij, ut ipse flectat mentes omnium, qui cum invocant  
ad castitatem, & defendat coniugij leges, & reprimat Diabolos, qui  
odio Dei impellere miseros homines conantur, ut varijs modis pol-  
luantur & pereant. Crescit infirmitas naturae humanae in hac mundi  
senectate, & simul rabies in Diaboli crescit, quia sciunt breui initio  
iudicium, in quo ipsorum turpitudine omnibus Angelis & hominibus  
clare ostendetur. Ideo te fili Dei, Domine Iesu Christe, crucifice nos  
nobis & resuscitate oro, ut nos, ut adolescentiam, & familiis nostris  
regas, & ad castitatem & veram invocationem aeterni Patris predicti  
noltra Spiritu sancto tuo flectas, A M E N.

DEFIN